

gici, Anni 1561. observandum esse statuimus, quod Solius Lutheri iudicium & explicacionem audiendam ac sequendam esse graviter censuit.

91. Philippo autem eiusdemq; scriptis eatenus credendum fuerit, quatenus ille cum Luthero eandem prorsus & communem doctrinam habuit & defendit: à qua tamen posterioribus annis ipsum non nihil defecisse, iam antè diximus.

Ambr. 92. Concludimus ergo tandem, lupinum plane
Vuolf. hist personati illius Vuolffij esse consilium, quo sua.
pag. 262. det, Augustanae Confessionis proprium ac genui-
231.178. num sensum sive intellectum, partim ex sequen-
tium tractationum synodaliū actibus & recessibus: partim ex ijs, quæ in hac Confessione, privato ausu (uti mox ostendemus) fuerunt immutata, rectius depravata: partim denique ex solius Philippi Corpore doctrinae, petendum & indagandum esse.

CAPVT TERTIVM
de mutatione Confessionis.

DE mutandæ Confessionis nostræ licentia, quam primùm quidem Philippus, proprio ausu